19

# DE TUMORE LIENIS DEQUE MORBIS IN QUIBUS ISTE OBSERVATUR.

## DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

AUCTORITATE ET CONSENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS IN ALMA REGIA LITERARUM UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA

AD SUMMOS

**IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA**

HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT ATQUE UNA CUM THESIBUS

DIE IX. MENSIS AUGUSTI A. MDCCCLII.

PUBLICE DEFENDET


**Joannes Henricus Clemens**

RHENANUS.


OPPONENTIBUS:

JOSEPHO KOENIG, med., chirurg. et art. obst. Dr. pract.
ERNESTO BRUNSWICKER, med. et chirurg. cand.
AUGUSTO KEMPER, med. et chirurg. cand.


**BONNAE.**
TYPIS C. KRÜGER.
MDCCCLII.

VIRO ILLUSTRISSIMO

**IAUR. ERNST. ADOLPH. NAUMANN**

ED. ET CHIRURG. DOCTORI, PROF. PUBL. ORDIN., INSTITUTI CLINICI EDICI IN UNIVERSITATE FRIDERICIA GUILELMIA RHENANA DIREC-)RI, H. A. MEDICORUM ORDINIS DECANO SPECTATISSIMO, COMPLUR. SOCIETT. LITERAR. SODALI, EQUITI ETC. ETC.

PRAECEPTORI DILECTISSIMO MERITISSIMO

**PROPTER EXIMIAM ERGA ME BENEVOLENTIAM**

SUMMA QUA PAR EST PIETATE ET REVERENTIA

HAS PAGELLAS

SACRAS ESSE VULT

AUCTOR.

# PROOEMIUM.

Perscrutanti, quam potissimum in magna
rum medicarum varietate ad dissertationem
igerem materiam, clarissimum insignem Prof.
aumann hac de re consulere optimum mihi vi-
m est.

Qui quidem non minore humanitatis, quam
ctrinae fama conspicuus vir, ut de tumore
nis scriberem, mihi suasit. Quamquam satis
perque mihi cognitum est, quum docti iique
gacissimi viri hanc materiam tractaverint, ne-
ie facilis, neque exigui esse negotii, quae in-
cibus placere possint proferre, tamen hanc
ateriam tractare non haesitavi.

Quod ad opusculi distributionem attinet,
a usus sum, primum de lienis situ, structura
functione, deinde, de tumore lienis ipso, et
enique, de remediis eius sanandi paucis verbis
isseram.

Tantum vero abest, ut haec omnia mihi adsumam, ut potius Ill. Prof. Naumann, optimo meo praeceptori, qui mihi, quum in multis aliis rebus, tum in hoc opusculo tam consilio, quam libris me adiuverit, quam maximas possum gratias publice agam.

Quum virium mearum tenuitatem satis noverim, merito sperare non possum, fore, ut benevolentissimis lectoribus haec dissertatio magnopere placeat.

Non enim disputavi, ut Pythius Apollo, ut certa sint et fixa, quae dixi, sed ut homunculus probabilia coniectura sequens. Valete, favete.

## Pars prima.

# DE LIENIS SITU, STRUCTURA ET FUNCTIONE.

---

Lien in hypochondrio sinistro est positus, infra dia-
agma, quocum est coniunctus ligamento phrenico-lienali,
a saccum coecum ventriculi, et quidem ligamento gas-
o-lienali connexus, supra mesocolon transversum, renis
stri magnam partem obtegens, ita ut statu normali et
o ad verticem spatium intra costam nonam usque ad
imam obtineat, neque lineam ab undecimae costae limbo
ro usque ad sinistram papillam mammillarem ductam
edat. Forma eius paene eliptica; superficies externa,
diaphragma et ad costas spurias spectans, lata, glabra,
vexa; superficies interna, ad ventriculum vergens, mi-
, inaequalis magisque ad formam concavam se approxi-
. Oblonga, media in interna superficie impressio, per
m alia intrant vasa, alia egrediuntur, hoc organon in
tes inaequales dividit. Margo anterior crenatus, acu-

tus, abdomen versus prominet; margo autem posteri crassior, obtusus, usque ad diaphragmatis crura vergit.

Color lienis pro singulorum hominum aetate et co stitutione varius; aetate iuvenili plerumque purpureus, a nis iam magis provectis rubrocaeruleus, et senectute atr purpureus.

Quod adtinet ad pondus et magnitudinem, nullum co poris humani est organon, quod tantas et tot varietat praebeat, quam lien. Secundum Krausium[1]) circiter qui que ad quinque et semis digitos longus, tres ad quat digitos latus, unum et quadrantem ad unum et trient digitum crassus; pondus est septem unciarum ad dec et dimidiam. Rectius Schlemm[2]) quatuor et quinque di tos eum longum esse dicit.

Recentissimae anatomicae et microscopicae disquisiti nes lienem esse constructum ostendunt e velamento me branaceo, ex arteriis, venis, vasis lymphaticis et ner tum e stromate et e substantia pulposa spatia huius st matis intermedia explente, postremo ex albidis illis rot dis corpusculis Malpighii.

Velamentum est duplex membrana, quarum exte est pars peritonaei visceralis, quae saccum sic dictum ritonaei conformat, quocum omnia organa intra saccum sita velantur. Sub externa lienem obtegit alia sic di membrana propria, albida, satis firma, e tela cellulosa

---

1) Krause, Handbuch der menschlichen Anatomie. Bd. 1. S. der 2. Aufl.

2) Schlemm, Berlin. encyclopäd. Wörterbuch der mediz. W senschaft. Bd. 23. S. 435.

rinosa composita, quae glandulae formam constituit, et m vasis in eius substantiam intrat.

Vasa pro lienis magnitudine sunt valde ampla. Ramus im sinister arteriae coeliacae aut interdum ramus pro-us ex aorta ipsa exoriens, aut ramus arteriae hepaticae, complures ramos divisus per hylum lienalem in lienis bstantiam intrat et multis ramificationibus retia arteria-n conformat. Quae vasa fere congruae venae comitan-, quarum confluxu paullatim maiores rami exsistunt, qui n venis brevibus et vena gastrico-epiploica sinistra unam idem venam lienalem constituunt, quae ipsa in decursu nis pancreatis, coronaria ventriculi sinistra et colica si-tra exceptis, infra hepar cum vena mesenterica magna nfluens in venam portarum effunditur.

Andral[1]) putat, venam lienalem in toto decursu per os parietum laterales et extremos ramulos coniunctam se cum cellulis sic dictis lienalibus, quae membrana pro-a usque in lienis substantiam penetrante, formantur, et xime arteriarum ramificationes excipiunt.

Contra Joannes Mueller[2]) contendit, arteriarum mini-s ramulos effundi in canaliculos sacciforme dilatatos, bus, si per venam lien inflatur, forma eius cellulosa fit, ex his sacculis in ramulos venosos sanguinem transire.

Nervos lien excipit e plexu coeliaco, quocum nervi anchnici et nervus vagus cohaerent. Plexus splenicus

---

George Andral, Grundriss der pathol. Anatomie, übersetzt von Dr. Ferd. Wilh. Becker. II. Theil. pag. 249.

I. Müller's Physiologie. Bd. I. S. 487.

rteriam lienalem eiusque minores ramos in lienis subst tiam circumretit.

Vasa hymphatica numerosissima alia inter vasa s guifera, alia inter tunicam externam sive peritonaealem tunicam propriam posita sunt, et in glandulas hylo lie sitas lymphaticas exeunt, et plexum constituunt, qui v lienali comitante, in ductum thoracicum infunditur.

Vasis intrantibus illa membrana lienis propria ha quaquam perforatur, sed eorum quasi comes est, in lie internum, et solidas trabeculas conformat, quae quasi str lienis substantiae sunt, quarumque spatia intermedia s stantia molli, pulposa, rubra, illis trabeculis suspensa plentur.[1]) Hac in substantia pulposa corpuscula obser tur Malpighii, quorum longitudo est $^1/_{300}$—$^1/_{350}$''', et l tudo $^1/_{400}$—$^1/_{500}$''', arteriarum ramificationibus inhaere earumque cum vaginis aut per petiolum coniuncta, aut gina cellulosa obducta, et materiam liquidam, albam, similem, maximam ad partem ex granulis irregulariter bosis consistentem continent.

Quod autem pertinet ad huius organi functiones, ullum aliud est corporis, de quo physiologi tam dive tamque contrariae opinionis fuissent, quam de functi lienis. Id solum pro certo haberi potest, illud organo corporis oeconomia haudquaquam tanti momenti esse, q niam, quod iam multi observarunt, sine ulla fere g sequela potest exstirpari, et inter eos, qui id exs parunt, quod adtinet ad exstirpationis sequelas, a magna est lis.

---

1) I. Müller. l. c. S. 486—87.

Lienis autem functio activa et passiva distingui potest. )e illa activa recenti tempore duae sententiae exsistunt, uarum alterius auctor est clarissimus Joannes Müller,[1]) ui eius functionem in ea re positam esse dicit, ut sanguis, enis substantiam perfluens, modo adhuc ignoto mutatioem aliquam accipiat, qua sententia lien est magni momenti d sanguificationem.

Secundum alteram a clarissimo Tiedemannio institutam, en lympham propriam secernit, quae ad aliam lympham dfluit, eaque de re chylificationem adiuvat.

Venae solum vel vasa lymphatica materiam liene mutam educere queant; sed qua in re illa materiae mutatio osita sit, usque ad hoc tempus haud satis constat.

Altera functio est passiva. Quod quum organon prae eteris omnibus, si pulmones excipias, magnopere dilatari ueat, lien spatiosum receptaculum contemplari potest, quod anguinis congestionem ad organa principaliora sanguinem xcipiendo praecaveat. Hanc autem sententiam esse veram ihi demonstrare videntur situs et structura lienis et comressibilitas partium adiacentium, qua lieni dilatatio suffiiens concedatur. Et sensatio illa dolorosa, quae iam vox opuli dolorem lienis significat, post cursum, post equitaonem, risum, et saepe post vehementes animi affectus exriens, nonne illud momentum indicare videtur, quo lien anguine permoto et quasi excitato, quam maxime extenus est? [2])

---

1) I. Müller, l. c. S. 489.

2) Benj. Rush, medic. and phys. journal Vol. XVI. 1806. Sept. p. 193. — Sammlung auserlesener Abhandl. zum Gebrauche prakt. Aerzte. Bd. 23. S. 517. ff.

Hodghin, Edinb. med. and surg. journal Vol. XVIII. pag.

Porro haemorrhagiae in lienis hypertrophia observata non semper in sola mutata quadam sanguinis mixtura positae esse possunt, sed potius ea re fiunt. ut in congestionibus exortis lien iam sanguine repletus, illo munere receptaculi diutius fungi nequeat. Praeterea dolores pungentes in regione lienis, qui mensibus suppressis, eo tempore, quo fluere soliti sunt, sicuti post haemorrhoidum fluxum cessantem sentiuntur, functionem illam passivam derivatoriam significare mihi videntur.

83. ff. — Meckels Deutsches Archiv für die Physiolog Bd. 7. S. 468. ff.

Eisenmann, Haesers Archiv für die gesammte Medic Bd. 5. S. 409.

## Pars secunda.

## DE LIENIS TUMORE IPSO.

---

Lien arteria pro eius magnitudine ampla et venis tenuium unicarum et elasticarum praeditus maxime intumescere otest. Duplicem autem in modum, ut Heusingerium[1]) auctorem sequar, fit; aut lien intumescens costas elevat, eiusue margo in anteriore regione nonae et decimae costae ernitur et tum, incrementum capiens, longitudo aeque ac atitudo crescit, ita ut super ventriculi partem usque in crobiculum cordis promineat; aut costis neque elevatis eque protrusis sub costae undecimae et duodecimae limbo ercipitur, tum prorsum quum deorsum increscit.

Lien tumidus maximam abdominis partem obtinere, ursum usque ad costas exstare et in infimam pelvim decendere et usque ad columnam vertebralem et in hypohondrium dextrum prominere potest.[2])

De la Motte[3]) hominem post diuturnam febrim inter-

---

1) Heusinger, Betrachtungen und Erfahrungen über die Entzündung und Vergrösserung der Milz. S. 80.

2) Aretaeus, De caus. et sign. chron. L. I. cap. 14.

3) De la Motte, Traité de chirurgie. T. II. p. 169.

mittentem hydropicum dissecans, lienem tam adauctum inve nit, ut diaphragma sursum protrusisset et fere fossa axillarem attingeret.

G. Burrowes[1]) lienem ceteroquin normalem describi abdominis totam partem sinistram obtinentem simulque pel vim attingentem, quo diaphragma maxime erat elevatum ventriculus hepate et liene valde tumido compressus.

Lienis tumores, id quod Rokitansky[2]) putat, diversa sunt naturae eaque re exoriuntur, ut in lienis statu hype aemico in substantia pulposa materia quaedam fibrinos haesitet, seu exsudet. Plurimas autem varietates tumoru consistentia, ut ita dicam, praebet; sed haud dubie chro nici illi tumores indurati primo molles sunt et postea, qu libet maiore minoreve tempore interiecto, pro haesitant seu exsudatae materiae coagulandaeque faccultate firmic res fiunt.

Saepe sine ulla valetudinis perturbatione, sine dolo adsunt; interdum autem dolorum vehementissimorum aucto res sunt, et pressus cuiusdam sensationem plenitudinis, i tumescentiae in hac regione, ac si corpus alienum a sinis tro latere ventriculo imprimatur, dolorem in humero s nistro et ex sinistra papilla mammillari interdum exoriente efficiunt. Organis finitimis imprimentes tumores incitant vomitum, praecipue cibis sumptis, ad alvum irregularit solutam et, cum inclinatione excellente ad obstructione coniunctam, ad siccam, brevem, pusillis solum sputis ad iunctis, tussiculam, quam angor quidam comitatur. Cuba

---

1) G. Burrowes, Med. commentar. Vol. XVII. p. 497.

2) Rokitansky, Handbuch der speciellen pathol. Anatomi Bd. II. S. 382.

in dextro latere plus minusve difficile, facies pallida et leucophlegmatica est et saepe varices inprimis cruris sinistri, epistaxis, haematemesis, oedema inveniuntur. Haud raro aegroti pyrexia, cuius typus est irregularis tentantur, vespertino tempore ad horripilationem propensi, in dies emacescunt et hydrope aut haematemesi pereunt.[1])

Cannstatt[2]) lienis tumorem cum his affectionibus organorum adiacentium confundi posse putat.

a) cum ventriculi degeneratione scirrhosa.

Momenti diagnostici est percussio, qua organi laborantis situs et termini constituuntur. Praeterea lienis tumor minorem dyspepsiam et vomitum prae se fert, et linguam minus obductam. Vomitus autem ex cardiae malis originem ducens, si non extemplo, brevi tamen tempore post cibos sumtos exsistit; sin vero in pylori regione impedimenta adsunt, cibi sumti aliquot post horas quidem vomitione redduntur, sed potius symptomata ad duodeni et hepatis regionem pertinent. Materiae autem in ventriculi fundo positae percussionis sonum fuscum efficientes mutatione situs aegroti in latus dextrum facta et ciborum abstinentia evanescunt.

b) cum faecibus in intestino colo accumulatis.

Intestini coli enim flexus lieni proximus est; hinc faeces induratae, flatus impediti ab his faecibus, circa lienis regionem tumores et dolores facere potuerunt, licet nullum in liene vitium haereat.[3])

Sed tumor, quem stercus accumulatum et flatus prae-

---

1) Naumann, Med. Klinik. Bd. V. S. 399. ff.

2) Cannstatt. Med. Klinik. Bd. 4. Abth. 2. S. 722. ff.

3) Vergl. v. Swieten, comm. Vol. III. §. 958.

bent, est mobilis, inaequalis, non semper eandem sedem obtinet et saepe praeter colon palpatione et plessimetro exsequi poteris, larga autem alvi deiectione evanescit.

Et lienis tumoris illa signa desunt, quae positiva dicuntur. Dolores colici acerbissimi, non permanentes, sed intermissionibus factis aegrotum vexant et minus ex loco certo originem ducunt, quum lienis tumor potius gravitatis sensationem, dolorem permanentem uno eodemque loco fixum praebet.

c) cum renis sinistri morbo.

J. P. Frankius[1]) de puella mentionem facit, per unum annum et dimidium doloribus in hypochondrio sinistro vehementibus laborante, qui dolores rheumatici habebantur. Postremo exortam esse febrim lentam. In lienis regione inquit, tumor perspicue percipi poterat; in brachio sinistro dolores aderant; saepe, sed non per somnum respiratio erat singultans et crebro aphonia. Cuius laboris sedem omnes medici lienem esse iudicarunt. Nonnullis autem mensibus transactis, magna puris quantitas una cum urina excreta est. Sinister enim ren exulceratione destructus erat et lienem ceteroquin sanum protruserat.

Tumor lienis plerumque altius, antrorsum et extrorsum positus est, neque dolores in decursu ureteris, neque affectiones vesicae urinariae sympathicae, neque lotii perturbati tum secretio, quum excretio, neque vehemens dolor colicus sentiuntur, neque testiculus ad annulum abdominalem attrahitur.

Contra in morbis renalibus color ille proprius sple

---

1) J. P. Frank, De curand. hominum morbis epitome. Lib. V P. 2. pag. 233.

nicus, epistaxis, haematemesis et symptomata ad scorbutum pertinentia deficiunt.

d) Confundi potest ille tumor lienis cum exsudato pleuritico. Sed iam primum omnium percussio et auscultatio magnum nobis praebebit auxilium diagnosticum; praeterea liene tumido tussis non tam vehemens, sed mitior, potius tussicula, nulla sputa, respiratio paullulum quidem difficilis, febris magis exigua, et dolor regione profundiore, quam solet in pectoris affectionibus sentitur.

e) cum hepatis lobi sinistri hypertrophia.

Abdominis autem exploratio attente instituta et alvi qualitas magni momenti sunt. Dum ictero laborantium conjunctiva mox flavido colore tincta est, saepe lienis morbis laborantium, quamquam reliquarum corporis partium color cachecticus maxime elucet, albissima est. In lienis tumore vomitus biliosus deest, linguae flavidus obductus, gustus amarus, diarrhoea biliosa, pulsus maxime tardus. Eadem diversitas adest animi affectionum; nam lienis morbis aegrotantes animo humili imbecilloque, fracto et demisso sunt melancholico, hepatis autem morbis aegroti animo irato moroso.

f) cum morbis cardiacis.

Quamquam morbi cardiaci et morbi lienales saepissime simul inveniuntur, id quod cl. cl. Brera[1]), Fr. Nasse[2]) et Fouchotte[3]) illustrissime protulerunt, et quamquam utriusque morbi compluria symptomata eadem sunt, exempli gratia status venarum hyperaemicus, dolores in diversis corporis

---

1) Brera, Rapporto della clinica di Padova. 1812. p. 12.
2) F. Nasse, Horn's Archiv 1819. August. S. 120. 135.
3) Souchotte, mem. de la soc. de méd. de Montpellier. Vol. XX. p. 243. 254.

partibus sympathici, dyspnoea, palpitatio cordis, pulsuum intermissiones; tamen corde solo aegrotante plerumque anxietatis illae affectiones maiores, cum orthopnoeae genere quodam et cum maioribus circulationis vitiis coniunctae sunt.

Praeterea autem exploratio per palpationem, percussionem et auscultationem magnum diagnoseos est adiumentum.

g) cum peritonaei morbis.

Peritonaeum et inprimis illa in hypochondrio sinistro posita pars, spatio amplo, quod lien et ventriculus tum quidem, quum non sunt in digestionis munere, relinquunt, tumoribus cysticis, hydropi saccato et pseudoplasmatis sedem satis commodam praebet. Talium autem statuum diagnosis, aegrotis quidem vivis difficillima et diagnosis distincta differentialis, quod ad explorationem percussionis, fluctuationis etc. opera institutam attinet, haudquaquam sufficit.

Sed lienis tumor invenitur:

I. Post laesiones extrinsecus lienis regioni paratas eaque de re exortam splenitidem.

II. In febri intermittente.

III. Menstruis et haemorrhoidibus cessantibus.

IV. In typho.

V. In morbis cardiacis.

VI. In scorbuto et aliis in morbis, de quibus hoc loco paucis verbis disseram.

Ad I. Sano quoque statu lien valde quidem intrinsecus, est situs ideoque satis in leves iniurias defensus nihilominus autem vehementibus verberibus, lapsu et aliis momentis, quae accidunt, praesertim iis temporibus, quibus hoc organon iam in statu normali sanguinis plenum est inflammatio eamque insequens hypertrophia effici potest

ıius generis cl. Broussais [1]) commemorat hominis histo-
ım, qui de scala lapsus sacco magni ponderis succubuit
ex eo tempore maximos in regione lienis paullatim
tumescentis dolores sensit. Aegroti autem duobus post
nis mortui lien in duas partes divisus inventus est,
arum altera, quasi deligata in cystide ichore referta
itavit, altera ventriculo implicita hepatis magnitudinem
e aequavit; peritonaeum totum erat inflammatum. Cl.
rkring[2]) hominem observavit, qui lapsus in lienis regio-
n primo lenes solum dolores sentiebat paullatim incres-
ıtes; et, quindecim mensibus transactis, lienis ingens
ıertrophia morte illum affecit.

Alia lienis hypertrophia dolorosa, de qua cl. A. Monro
ıtionem facit, post vehementissimas virium contentiones
ırta erat; sed tribus demum annis post in pneumoniae
ursu ruptura lienis fiebat.[3])

Saepe aegroti extemplo ex laesione in regione lienali
emente dolore afficiuntur, plerumque remittente, et se-
do vel tertio die, vespertino tempore algore vexari
ti sunt, et doloribus pungentibus vehementissimis, qui
ıe in humerum, vel etiam per totam sinistram extre-
tem superiorem et in femur sinistrum extenduntur.
or autem subrotundus, elasticus, costarum spuriarum
o anteriore cernitur.[4])

Ad II. Lienis tumor post febrem intermittentem ex-
s sensatione in praecordiis plenitudinis, nausea, vomitu

---

ßroussais. Hist. des Phlegmas. chron. T. III. p. 347.
Kerkring, Spicileg. anatom. obs. 33.
ßaillie, Anh. S. 102.
Heusinger. a. a. O. S. 140 ff.

et doloribus in regione sacrali paroxysmo instante, et percussionis sonu semper fusco cognoscitur. Sed quod ad causas attinet, quibus febri intermittente tumor efficitur, aut illa sic dicta dyscrasia febrilis status congestivi huius organi auctrix est, aut lienis morbus primarius et auctor est febris intermittentis veluti symptomatis.

Prima sententia supra commemorata antiquior et mihi rectior esse videtur. Febrim intermittentem, quod quidem ad causam occasionalem pertinet, effici momentis miasmaticis, iam eo elucet, quod in regionibus palustribus ve haud procul sitis ab aquis salsis foetidosque vapores exhalantibus et post cibos corruptos potusque sumtos, quibus sanguis recta via inficitur, plurimae sunt febres intermittentes. Et cl. Bouyerii [1]) a Marennes disquisitiones cui viro de febribus intermittentibus ex vaporibus palustribus exortis observandi occasio maxima erat praebit satis lucide enuclearunt, lienis illum statum congestivu contemplandum esse febris intermittentis sequelam. Na ante primum paroxysmum ne minima quidem incipienti lienis tumoris signa cognoscere valuit, cognovit autem int primi paroxysmi stadium frigoris. Et si res aliter se ha beret, multo crebriores febres intermittentes, liene ia hypertrophico observarentur.

Ad III. Tertia lienis tumoris causa sunt haemorrho des perturbatae et menses.

Sed fluxu haemorrhoidali cessante lienem sangui refertum esse posse, ex multis observationibus intelligitu quae de benefica haemorrhoidum fluentium efficacia fact

---

1) Bouyer, Schmidt's Jahrb. f. d. gesammte Medizin. Bd.
S. 170.

t et inprimis in iis regionibus, ubi lienis inflammationes tumores pertinent ad naturam endemicam.

Etiam multo maius detrimentum lien capere potest meniorum subita supressione. Aegrotae maxime conruntur de dolore pungente, iam leni impressione multo ucto et imprimis eo tempore, quo menses, naturae oris feminei legibus conformes, fluere soliti sunt. cussionis sonus maiori est ambitu fuscus. Quae symnata ubi primum menses regulares fluere inceperunt, e evanescunt. Tumor autem ille lienis saepe annis dictis climactericis exoritur et primum omnium mensi- antea copiosissimis.

Ad IV. Omnis febris acuta, et ea quae non intermissios est interrupta, lienis tumorem efficit, qua re in typho, yphoidibus, in erysipelade, in scarlatina, miliaria, rheusmo et aliis invenitur. Et ex quo cl. cl. Louis et tansky lienis tumorem in hominibus typho mortuis inrunt, ille tumor in maximorum signorum typhi diagnorum numero ducitur.

Louis ex quadraginta sex typho peremtis, lienes qua- tantum sanos invenit; decem et septem lienem triplum ctum praebuerunt, in triginta quatuor mortuis tantam it lienis malaciam, ut fere quinta pars eius substanmateriem pulti similem ostenderet. Annis 1813 et ex Batavis et Guestphalicis militibus centum typho antibus plerumque nonaginta inflammationibus venosis erant, quae ad systema venae portarum pertinent et nis, splenitide.

Andral[1]) per febris nervosae decursum inflammatio-

---

[1]) Andral, die Krankheiten des Unterleibes. S. 213.

nem erysipelatosam, doloribus vehementissimis adiuncti brachii sinistri observavit, eiusque tela cellulosa absces gangraenoso fere plane erat deleta. Sectio autem po mortem instituta lienem maxime tumidum ostendit.

Inter primum typhi stadium usque ad crisin lien m gis magisque adaugetur, et aegroti in hac regione de d loribus imprimendo valde exacerbantibus conqueruntur, q dolor aeque ac tumor, criseos stadio, paullatim imminuit atque decrescit.

Rokitansky[1]) illum tumorem effici putat stasi in va fundi coeci ventriculi et materia quadam exsudata soluti sima pulti molli simili, subnigra, sordide-violacea, interd clariore colore, rubello colore insigni, quae materia su stantiae medullaris pulti similis in glandulis meserai typho peremtorum instar habeat.

Magna autem huius materiae quantitate exsuda stroma lienis fibrosum, ut ille auctor putat, extenditur que de re tenerior fit et facile dirumpi potest; sin aut illa substantia mollior est, lien manui imprimenti fluct tionis sensationem praebet.

Ad V. Lienis morbi saepissime observantur mor cardiacis adiecti. Quae quum duo organa tam vicina in se posita sint, affectionibus cordis inflammatoriis lie idem morbus facile effici potest, id quod raro fieri so Plerumque autem causa lienis morbum efficiens, posita in sanguinis circulatione impedita, qua re lienis ut org functione illa supra dicta passiva ornati, summa et ext ordinaria sanguinis abundantia paullatim status hypert phicus existit, quo in statu, quamquam inflammatio ne

1) Rokisansky l. c. Bd. 3. S. 283.

est, neque adfuit, materia insons fibrinosa exsudatur. epe vero endocarditide et inflammatione membranae varum intimae exoritur in liene exsudatum fibrinosum, od est sequela harum inflammationum; neque autem lien lum, verum etiam alia abdominis organa glandulosa eon modo afficiuntur.

Sed principales cordis morbi, qui maxime lienis turibus favent, fere hi sunt:

Valvularum bicuspidalis et tricuspidalis insufficientia rumque ostiorum stenosis; dilatatio ventriculi dextri, rbi arteriae pulmonalis; dilatatio ventriculi sinistri et rtae ipsius, et illa denique morbosa conditio, qua foran ovale non clauditur.

Cuius generis Hamernyk [1]) quatuor casus déscribit, i sectione instituta, insufficientiam valvularum mitralis et cuspidalis et stenosin utriusque ostii venosi praebuit. par, lien et renes semper sanguine abundabant et spissi, idi et multum adaucti erant, signaque recentis inflammanis manifestissima prae se tulerunt.

Seiler [2]) cor hypertrophicum, foramen ovale apertum, nem adauctum ad formam semilunarem inflexum, colore scuro praeditum observavit. Heusinger [3]), hypertrophiam rdis, foramen ovale non clausum, lienem adauctum et atuor lienes succenturiatos invenit.

Ad VI. Et scorbutus in morborum numero ducendus , quorum decursum concomitans lienis tumor observa-. Quem tumorem veteres medici semper scorbuto ad-

---

Hamernyk, Roser's und Wunderlich's Archiv für physiolog. Heilk. 1843. S. 196. ff.

Seiler, Horn's Archiv f. d. mediz. Erf. Bd. 8. 2. Heft. p. 805.

Heusinger, über den Bau und die Verrichtung der Milz. p. 61.

iectum esse putarunt, vel nonnulli in liene ipso scorb causam posuerunt. Quamquam autem saepe, scorbuto l borantibus iam vivis, lienis tumores inveniuntur et sec scorbuto peremtorum instituta saepe hypertrophiam, ma mam huius organi sanguinis abundantiam ac mollitiem pra bet, id quod a cl. Cejka[1]) anni 1843 tempore verno iis, qui provinciae custodia tenebantur, observatum tamen ille tumor nonnisi secundarius, neque res est, q semper evenit, eiusdem fortunae particeps est, atque he glandulae meseraicae, omentum, pulmones, denique, paucis verbis utar, atque diversissima organa sangui facientia, quae inter scorbuti decursum morbis corripi tur, ita ut scorbuto, quod attinet, ad tumorem lienis vocandum, eadem efficacia attribui possit, qua excel ceteri sanguinis dyscrasiam morbi faventes, exempli g typhus, febris intermittens, tuberculosis, diabetes. C rei auctores sunt G. a Samson Himmelstiern[2]), cui m maritimi munere fungenti observandi saepissime occ scorbuti marini oblata erat, et W. Samson a Him stiern,[3]) qui anno 1840 Nosocomio Moscovitico ur praefectus, scorbutum epidemicum observavit. Saepe illi viri, sectione instituta, lienem invenerunt hypertr cum et mutatum, sed nulla ratione semper. Sin a hepatis morbus, sive atrophia sive cirrhosis simul ad semper lienis tumor erat adiectus.

---

1) Cejka, Prager Vierteljahresschrift f. d. pract. Heilk. Bd. 1. H. 2.

2) G. v. Samson-Himmelstiern, Betrachtungen über den but. Berlin 1843.

3) W. Samson von Himmelstiern, Haeser's Archiv f. d Med. Bd. 5. S. 188. ff.

Ceteri morbi, quorum in decursu lienis tumor observatur, sunt:

Capitis laesiones sive vulnera, quam ad rem primus Klein medicorum animos advertit; epilepsia; pedum ulcera inveterata, si sanuntur, ut Grotanelli observavit; acuti arthritidis impetus; rhachitis; tuberculosis, syphilis; organorum morbi lieni adiacentium, praesertim tum, quum in statum inflammatorium transmutati sunt: Gastroenteritis, peritonaeitis, pleuritis sinistra; denique tumores et indurationes in ventriculo, hepate et in pancreate.

## Pars tertia.

# DE TUMORIS LIENIS SANANDI REMEDIIS

Quod attinet ad sanandum lienis tumorem laesionibus extrinsecus paratis exortum, eaque de re inflammatione insignitum, primum omnium sanguinis est detractio instituenda et quidem localis, quia venaesectiones omnino minimi sunt momenti ad sanguinem in liene accumulatum evacuandum. Decem vel duodecim cucurbitae, aut quindecim vel viginti hirudines in lienis regione dolorosa opponantur et postero die, dolore nondum mitigato, numero diminuto repetantur. Quo facto tepida cataplasmata ex farina seminum lini, herba cicutae, hyosc. aliisque composita adhibeantur, et nonnullis post diebus vesicatorium, cuius vestigium pus movens aliquantulum temporis conservetur. Remediis internis utatur aegrotus Natro sulph., Manna, Pulpa tamarindorum, Tartaro depurato. Praeterea alvi solutio larga et deficiens clysmatibus adhibitis efficienda est. Recta et parca sit vivendi ratio et victus omni ratione antiphlogisticus. Hydrarg. chlorat. mite cautissime solum adhibendum est, quia saepe in tali conditione efficaciae est liquantis et symptomata ad scorbutum pertinentia efficit viresque celeriter deprimit.

Lienis tumor febri intermittente exortus plerumque

movetur Chinae praeperatis et Ferri adhibitis, cuius praeparata mitiora: Ammon. muriat. mart., Ferr. citr., mu- t., hydricum., Tinct. ferri pomat., ect. prima dantur et n fortiora: Ferr. sulphur., alcohol., et, Schoenleinio auc- re, Ferr. iodatum. Sententia illa, Chinae praeparatis et rimis Chinino adhibito, saepissime lienis tumorem exoriri, ndquaquam argumentis est confirmata, sed vana reii- nda, quoniam tum iam inter primum stadium frigoris tumor lienis, Chinino nondum sumto, observatur, quum rima adsunt nota exempla, in quibus Chinae praeparata tissime bonum eventum habuerunt. In casibus autem, lienis tumor potius generis atonici est et gradus qui- n lienis malaciae adsunt, Ferri praeparata propter effi- iam tonicam, sanguinem mutantem simulque adstringen- , maxime praeferenda sunt. Obstructio autem prohi- tur. Quare aut fortiora clysmata adhiberi aut Ferri prae- atis remediorum purgantium et resolventium parvam iam adiungi oportet. Maxima autem utilitate Aquae fer- continentes, exempli gratia: Kissingienses, Schwall- hienses, Matthiae, Spadanae, Pyrmontenses adhibentur Aquae marinae et salsac, praecipue Jodum continentes. illa remedia interna adiuvanda, infricationes unguenti tilis et aromatici, unguenti Kali iodati institui possunt; onem lienalem malaxare, vesicatoria, cetaceum, moxae, etiam ferrum candens bonam efficaciam saepe praebent. imis autem aegroto suadendum est, ut in regiones al- sitas se conferat.

Tumores lienis ex haemorrhoidibus vel mensibus sup- sis originem ducentes, illis denuo fluentibus decrescunt. re viris hirudines ad anum vel ad perinaeum, mulic- ibs antem ad portionem vaginalem uteri, cucurbitae siccae cruentae ad femorum latus internum applicatae; venae-

sectio pedis, tepida in abdomine imposita cataplasmata, i
frictiones cum oleo Sabinae ibidem, locales organor
genitalium vaporationes instituendae sunt et utrique se
tepidi insessus et acria pediluvia et ad internum us
Aloë, Rheum. Extract. Conii maculat., Ialap., et, ut pau
verbis absolvam, omnia remedia drastica, quae singula
momenti sunt in intestinum crassum et in uterum. Maxi
autem utilitate haec remedia tum temporis adhibentur, (
cessantes illae haemorrhoides vel menses ad norm
fluentes exspectantur.

Tumor lienis typho exortus plerumque, symptom
typhosis decrescentibus et remediis, quibus in typho
mur, adhibitis, evanescit. Sin autem lienis tumor nihilo
nus remaneat, suo loco sunt Chinae et Ferri praepar
modici corporis motus, roborans cibus et ad concoqu
dum facilis, et aquae ferrum continentes ect.

Tumores lienis morbis cardiacis effecti illis reme
quae hos ad morbos pertinent, curantur, quorum in
mero sunt: Iodum purum, Kali iodatum, Ferrum ioda
Hydrargyrum iodatum, Ammonii muriatici magna dosis;
remedia, quae dicuntur diuretica: Digitalis, Squilla, Col
cum; in dilatatione cordis remedia adstringentia, exe
gratia: Alumen, Plumbum aceticum et alia; victus par
praeterea omnes animi affectus evitandi sunt et aliae
tationes; venaesectiones quidem plerumque necess
sunt, sed parva solum sanguinis copia est mittenda
aegroti virium conditione et pro palpationis et dyspn
vehementia. Symptomata enim vehementissima mitigare
lum, nulla autem ratione virium et valetudinis statum
neralem deprimere debent, ita ut quatuor vel octo ur
dyspnoea et cordis ictu vehementissimo, detrahantur.

Lienis tumor e scorbuto exortus, acidis vegetab

t mineralibus et remediis, quae dicuntur acria diuretica, st curandus.

Quod denique attinet ad lienis tumorem, qui ceteris orbis supra commemoratis efficitur, remedia ad illos orbos primarios singulos sanandos maxime idonea adibeantur. Omnino autem id curandum est, ut lienis moris affecti ad ventriculi et intestinorum functionem incitanlam et adiuvandam, multum se moveant. Cibi pingues et nflantes et ad concoquendum difficiles interdicendi sunt t inprimis vespertino tempore paucissimi sumendi. Aquam onam bibant eiusmodi aegroti et quam maxime possunt umidis aëribus ex paludibus exhalatis caveant. Quare in egionibus palustribus, ubi aër semper vaporibus obnoxiis efertus est, magni ignes interdum accensi maximam utilitaem praebent, quippe qui aërem commoveant, eumque taibus vaporibus refertum depellant.

# Theses.

1) *Ubi dolor, ibi non semper morbus.*

2) *Fere nulla mors ex mero marasmo senili.*

3) *Omnes morbos sanare non licet.*

4) *Hydrops cerebri internus ab externo dignosci nequit.*

5) *Ligatura optimum stypticum.*

6) *In primiparis partus praematurus artificialis non instituendus.*